



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetij, 1609**

Bartholomaei Vgolini Ex Monte Scvtvlo Diœcessis Ariminen. Ivricons. Ac  
Barbiani Archipresbyteri De censuris, atque acsibus Romano Pontifici  
reseruatis. Pars Prima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](#)

Gci referi  
Bar...  
**BARTHOLOMAEI VGOLINI**

**EX MONTE SCVTVLO**

Dioecesis Ariminensis.

**IURIS CONS. AC BARBIANI**

Archipresbyteri De censuris, atque casibus

Romano Pontifici reseruatis.

**P A R S P R I M A.**

S V M M A.  
1. *Propositum auctoris in hoc opere quodnam sit.*

**G**eneratim de censuris eccl. id est de excommunicatiōne tam maiori, quam minori, necnon de suspēsione, atque interdicto superioribus annis tractāui; in lucemque tractatum ipsum edidi: nunc mihi agendū proposui de censuris eisdem speciatim, & primum de ijs, quarum absolutio Romano Pontifici reseruata est, deinceps de alijs ob rationes in proœmio allatas, verūm, quod censuræ, de quib. primo mihi agendum est, partim per sententiam feruntur, partim per ius, seu iure ipso, & in ijs, quæ per sententiam, principem locum obtinent, quæ feria V. maioris hebdomadæ per litteras promulgantur (generaliiores enim sunt, & diuturniores) ob eam rem de his prius, & vt nouissime a Clemente V. III. per suas litteras latæ sunt, agamus. Id quod ut dilucidius fiat, litteras ipsius proponamus, sed in hac prima parte proœmium, in secunda censuras ipsas; in postrema tractationem absolutionis eorum. Proœmium igitur hoc est.

A LI-

2  
LITTERAE PROCESSVSI  
S. D. N. D. CLEMENTIS

PP. VIII. LECTAE DIE

Cœnæ Domini Anno 1598.

Clemens Episcopus Seruus Seruorum Dei ad  
perpetuam rei memoriam.

**P**astoralis Romani Pontificis vigilantia, &  
solicitudo cum in omni christianæ Reipu-  
blicæ pacè, & tranquillitate procuranda  
pro sui muneris officio assidue versatur,  
tum potissimum in Catholicæ fidei sine  
qua impossibile est placere Dèo, vnitate, atque integri-  
tate retinenda, & conseruanda maximè elucet: nimi-  
rum, ut fideles Christi non sint parvuli fluctuantes, ne-  
que circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia ho-  
minum ad circumuentiōnem erroris, sed omnes occur-  
rant in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum per-  
fēctum, neque se in huius vitæ societate, & communione  
lædant, aut inter se alter alteri offendicōnem præbeat, sed  
potius in vinculo charitatis conuincti; tanquam vnius cor-  
poris in membra suo Christo capiti; eiusque in terris Vica-  
rio Romano Pontifice Beatissimi Petri successore à quo  
totius Ecclesiæ vnitas dimanat, augeantur in ædificatio-  
nem, atque ita diuina gratia adiutrice sic præsentis vitæ  
quiete gaudeant, ut futura quoque Beatitudine perfuan-  
tur.

tur. Ob quas sanè causas Rom. Pontifices prædecessores nostri hodierna die , quæ anniuersaria Dominicæ Cœnæ commemoratione solemnis est, spiritualem Ecclesiasticæ disciplinæ gladium, & salutaria iustitiæ arma per ministerium Summi Apostolatus ad Dei gloriam , & animarum salutem solemniter exercere consueuerunt. Nos igitur, qui bus nihil optabilius est , quam fidei inuiolatam integritatem, publicam pacem, & iustitiam Deo Auctore tueri, vestrum, & solemnem hunc morem sequentes . Excommunicamus, &c.

*De diuisione huius Bullæ, & quid in singulis eius partibus agatur. Cap. I.*

*S V M M A.*

**I.** *Bulla hæc in tres partes diuiditur, & quid in una quaque agatur.*

**Q**uoniam Bulla hæc in duas primarias partes diuiditur, in proemium, & tractationē, quæ tractatio incipit ibi. Excōicamus, & anathematizamus, tractatio autē in alias duas primarias partes subdiuiditur, quarū posterior incipit ibi, volētes, tio rem hanc totam in tres partes diuisimus, in quarū prima generatim de quibusdā ad totā Bullā pertinentib. agimus, & quones plures dissoluim⁹, in altera censuras per hanc Bullā latae ea rōne, quā in proemio diximus, explicamus, in tertia de absolutione harū censurarū, necnō de aliis quibusdā ad Bullā pertinentib. tractamus. De his oib. igitur sigillatim, & prius de prima

parte agamus, qđ vt dilucidius sit, res, quæ in hoc capite explicantur, recensebimus. Deinde in Capita eas distributas explicabimus.

Primum igitur explicabitur, cur litteræ huiusmodi Bulla dicantur, & cur Bulla Cœnæ Domini.

Deinde, quamobrem promulgantur.

Tertio, quando promulgétur, & quibus ceremoniis.

Quarto, quis primo eas promulgauerit.

Quinto, an mutentur.

Sexto, au ex quo singulis annis promulgantur, toties excommunicatione iteretur, & nouis excommunicationibus affiantur eam offendentes.

Septimo, an a iure vel ab homine sint, idest, an sententiæ, legesve sint.

A 2 Octa-

Ottauo; an offendens plura capita huius Bullæ in plures excommunicationes incidat.

Nono, an Bulla hæc afficiat in fideles.

Decimo, an afficiat omnes christianos, & quo iure Romanus Pontifex faciat.

Vndeclimo, an yniuersitatem afficiat.

Duodecimo, an afficiat consilium, fauoremve præstantem ijs, quidelicet per Bullam prohibita committunt.

Decimotertio, quando Bulla hæc obliget.

Decimoquarto, an afficiat probabiliter eam ignorantibus.

Decimoquinto, an si notoriū sit quem delictum aliquod commisſe ex ijs, quæ per Bullam hæc prohibentur, notorium etiam sit ipsum excommunicatum esse adeo, ut vitare eū debeamus, esto denunciatus non sit.

Decimosexto, ea verba, Excommunicamus, & Anathematizamus, quid significent, & an inter se differant.

Decimoseptimo, quis auctor huius Bullæ sit. Hæc igitur q[ua]nes sunt, quas singulas suo capite, & prius primam declarabimus.

*De hisce litteris, cur Bulla Cœna Domini dicantur. Cap. II.*

S V M M A.

I Bullæ nomen quid significet, & in quā

partem hic accipiatur.

2 Bulla hæc cur Cœna Domini Bulla nominetur.

3 Bulla hæc quibus temporibus promulgari olim confuerit.

**Q**uo ad primam quæstionem igitur, cur hæc litteræ Bulla dicantur, & cur Bulla Cœna Domini, antequâ eam dissoluamus, explicandum prius est nomē hoc Bulla, quid significet. ¶ Bulla igitur quatuor significat. Primum, ac proprie insigne quoddam triumphantium ad cordis formam fæcum, quod in triumpho Romani gerabant inclusis quibusdam in eo, quibus contra inuidiam se tutos existimabant. Significat etiam ornamenta quædam. Tertio, plurimum, quod appenditur litteris apostolicis, in quo capita Sacerdotum Apostolorum Petri, & Pauli impressa sunt, in quam sententiam accipitur in c.licet, ibi, ut falsa Bulla falsis litteris apponatur, de cri. fals. Significat demum litteras apostolicas, quæ idecirco sic nominantur, quoniā plumbo ornantur, & ipsis pro signo appenditur, in quo, ut dixi, capita Apostolorum impressa sunt. Hoc præmisso in hanc postremā sententiā hic accipitur, scilicet pro litteris Apostolicis, nomine sumpto à plumbo illis appenso, quod Bulla nominatur, eo qd fæpius litteræ Apostolicæ eo signo muniri solent, & sicut alia litteræ, ita hæc signo apposito vim habent, ut tradunt DD. ac Ias. in Ladmo nendi.



- nēndi.in repet.num.91.ff.de iure  
iuran. & facit ca. post cessionem,  
& ibi Canonistæ de probat. Qua-  
re & litteræ etiam dicuntur, vt in  
initio huius Bullæ habetur, atque  
sic tradidit Rebuff. in sua Prax. be-  
nefi. in explanatione Bullæ Cænæ  
Domini, art.4.in verb. Bullarum,  
& in Bullæ nouæ declaratione, in  
tertia parte signaturæ, vbi decla-  
rat, quibus prædicta qualitatibus  
esse Bulla debeat, & sequitur Iac.  
de Graff.lib.4.deci.c. 18.numero  
3.versicul. Ad securam. Ex quo  
igitur Bulla Apostolicæ litteræ di-  
cuntur, iam quæstionem dissoluam-  
mus, cur Cænæ Domini Bulla no-  
minetur.
- 2 Bulla f. Cænæ Domini ergo hæ  
litteræ dicuntur, quoniam in die  
iouis sancto, quo tempore Christus  
Dominus postremam illam vene-  
randamque cænam cum suis disci-  
pulis habuit, publicantur, & pro-  
mulgantur, vt colligitur ex Gloss.  
Clem.1.in verb. Solemnes, & in  
ver. Generales. de iudic. & vt dixit  
Nauar.in Man.cap.27.nu.52.ver.  
Quarto no. & vt habetur in præfa-  
tione harum litterarum, seu huius  
Bullæ, & vt ego obseruatum vidi,  
Romæ dum essem, quo tempore  
S. Iacintus in Sanctorum nume-  
rū à Clemente VIII. adscriptus  
est.
- 3 Olim vero f. tribus temporibus  
processus huiusmodi promulgari  
consuevit, scilicet die iouis sancti,  
& die Ascensionis, & die dedica-  
tionis Basilicæ Sanctorum Petri,

& Pauli, vt ait Gloss. in cit. Clem.  
1.in ver. Solemnes. de iud. Sed de  
quæstione hæc satis, ad aliam ve-  
niamus.

*De Bulla Cenæ Domini, cur singu-  
lis annis promulgetur.*

Cap. III.

S V M M A.

- 1 Bulla hæc idcirco singulis annis pro-  
mulgatur, ut Christi fideles uniuersi  
in officio contineantur.

1 **A** ltera quæstio est, f. quamob-  
tem Bulla hæc, & hæ litteræ  
singulis annis promulgantur. Ra-  
tio ea est, vt Christi fideles oës in  
officio contineantur, nam cū Ec-  
clesia unum corpus sit, vt ait Apos.  
ad Eph.capit.4. & huius corporis  
vnum caput Christus Dominus  
in Cœlo sit, vnum in terris eius Vi-  
carius Romanus Pont. vt habetur  
in Extrauag.unâ sanctam.de ma-  
ior.& obed. ideo, ne vñitas hæc læ-  
datur, sed vna sit fides, vnum cor-  
pus, & vnu caput, & sic fides vna,  
pax sancta, charitas vera inter fi-  
deles seruentur, his litteris Roma-  
nus Pontif. Christi Domini Vica-  
rius delicta quædam grauissima,  
quibus fidei putitas impediri, vni-  
tas diuidi, charitas tolli possit, co-  
ercere pénis propositis, studet, at-  
que elaborat, vt optimè ex pro-  
mio harum litterarum habetur,  
bellissimè declaratur. At planè  
dū hæreticos anathemate ferit at-

A 3 que

que excommunicacione, quid aliud tunc se velle significat, quam ut in fide una Christi fideles vivuersi viuant? Dum itidem eisdem poenis schismaticos, apostatasque prosequitur, quid aliud se velle indicat quam, ne Ecclesiæ unitas tollatur? Dum denique eisdem armis contra libertatem Ecclesiasticam impedientes inuehitur, in eosque, qui oneribus grauissimis populos afficiunt grauiterve laedunt; quid aliud studet, quam ut charitatem tueatur? He igitur cause sunt, quamobrem haec litteræ ab universo Rom. Pontificibus promulgantur, haec quamobrem singulis annistanta maiestate renouantur, ut scilicet, ex quo tanta res agitur, ea firmius hominum memoriarum inhæreat, Bullæ huius iterata publicatione, argumen. I. Ballista. ff. ad Trebell. Sed de hoc satis, ad alia transeamus.

*De Ceremonijs, quæ adhibentur, dum Bulla hec promulgatur.*

*Cap. IV.*

*S V M M A.*

*¶ Romano Pon. praesente Bulla hec promulgatur ceremonijs quibusdam adhibitis.*

**T**ertia quæstio est, quando Bulla haec promulgetur, sed quoniam in secundo Capite id explicauimus, ubi quamobrem Bulla Cenæ Domini diceretur, exposui-

mus, ob eam rem hoc omisso, breviter quibus ceremoniis promulgatur, aperiamus.

*I* Pontifex Max. ¶ igitur in die iouis sancto diuinis de more in Palatio pontificio celebratis, pontificis vestibus induitus, & diadema te ex triplici corona constructo capiti imposito decoratus, præcedentibus Cardinalibus quam plurimis pontificiis vestibus induitis, in sella serico panno obrizo, aureisq. Bullis expolita maiestate quadam ad Xystum, & porticum Basilicæ Sancti Petri, unde ab universo populo conspici potest vehitur: ubi eo sedente, duo Cardinales alter latina lingua, alter nostrati alta voce has litteras recitant, cereo accenso ante Pontificem stante. Quib. litteris recitatis, Romanus Pont. ad detestandos, qui contra eam Bullam venerint, in vulgus cereum dictum proiicit, & hoc factio inde discedit. Hæc summa brevis est ceremoniarum, quæ sunt, dum haec litteræ promulgantur, quæ partim etiam adhibentur, dum excommunicationes ab aliis inferioribus proferuntur, ut declarauimus in Tractatu nostro de Censuris Tab. 2.

*De tempore quo Bulla hec promulgari cepta est.* *Cap. V.*

*S V M M A.*

*I* Tempus, quo Bulla haec promulgari cepta est, non omnino scitur.

**Q**vara quæstio est, quando Bulla huiusmodi promulgari cepta est, in qua quæstione Sot. dist.



diff. 22. quæst. 2. artic. 3. conclus. 5.  
 lib. 4. ait Bullam huiusmodi antiquam non esse, sed anno 1420. sub Martino Quinto publicari ceptā esse, idem sensisse videtur Nauarr. in ca. ita quorundam. nota. t 1. nu. 23. de iudic. & Iacob. de Graff. lib. 4. decisi. cal. consci. capit. 18. nume. 3. Hanc opinionem reprobat Ioā. Bapt. Antonius in Catechesi Neapolitana lib. 3. capit. 1. in fine. Et hoc ob eam rationem, quoniam ante Martinum Quintum Clemētinæ constitutiones a Clemente Quinto latè emanarunt, in quibus Bullæ huius mentio fit, ut habetur in Clemen. 1. iun&. Gloss. in ver. Solemnes, & in verb. Generales de iud. ibi enim mentionem facit Clemens V. solemnium dierum, in quibus Romani Pontifices processus generales facere consueverūt. Gloss. igitur hæc interpretans ait hos dies esse diem iouis hebdomadæ sanctæ, & diem Ascensionis, & diem dedicationis Basilicarum Petri, & Pauli. Processus autem generales hos esse contra hæreticos, eorum credentes, & contra portantes Sarracenis merces, & contra huiusmodi. Ex quibus uerbis Glossa apparet Bullam hanc ante Martinum promulgari consueuisse, nam Clemens V. Clementinorum auctor fuit anno 1305. Martinus V. vero anno 1417. ut habetur in Cathalogo Romanorum Pont. nuper impresso.

**I** Quid ergo concludendum. Ego sic distinguendum censeo. Aut

quærimus, an casus, qui in Bulla sunt, a iure antiquo prohibiti sint, & multos prohibitos sine dubitatione fuisse concludendum est, ut de hæreticis habetur in ca. excom. municamus. 1. & 2. de hæretic. in antiqu. de deferentibus ad hostes prohibita. in ca. ita quorundam. de iudic. de romipetis in ca. si quis romipetas. 24. quæst. 3. de aliis in capit. si quis suadente diabolo. 17. quæst. 4. & in cap. quoniam, de immunit. Eccl. lib. 6. Aut quærimus, quando per Bullam, & per litteras huiusmodi prohiberi ceperūt, & multo post id factum fuisse censem, sed quo tempore, a nemine pro certo habetur, ut ex dictis patet. Et sane, quod quæstio hæc parum utilitatis affert, ob eam rem non grauis iactura fit, si id ignoretur, atque idcirco de hoc satis, ad alia transeamus.

#### De Bullæ huius mutatione.

Cap. VI.

#### S V M M A.

**I** Bulla hæc aliquando, sed in paucis mutatur.

**Q**VINTA quæstio est † an Bulla hæc mutetur. i. an casus alii ad eam addantur, ex eave, qui sunt, amoueantur. Et in hac quæstione breuiter concludendum est, quoniam in arbitrio Romanorum Pontificum positum est, pro temporum ratione, ac rerum necessitate.

A 4 tate



que excommunicacione, quid aliud tunc se velle significat, quam ut in fide una Christi fideles vivuersi viuant? Dum itidem eisdem poenis schismaticos, apostatasque prosequitur, quid aliud se velle indicat quam, ne Ecclesiæ unitas tollatur? Dum denique eisdem armis contra libertatem Ecclesiasticam impedientes inuehitur, in eosque, qui oneribus grauissimis populos afficiunt grauiterve laedunt; quid aliud studet, quam ut charitatem tueatur? He igitur cause sunt, quamobrem haec litteræ ab universo Rom. Pontificibus promulgantur, haec quamobrem singulis annistanta maiestate renouantur, ut scilicet, ex quo tanta res agitur, ea firmius hominum memoriarum inhæreat, Bullæ huius iterata publicatione, argumen. I. Ballista. ff. ad Trebell. Sed de hoc satis, ad alia transeamus.

*De Ceremonijs, quæ adhibentur, dum Bulla hec promulgatur.*

*Cap. IV.*

*S V M M A.*

*¶ Romano Pon. praesente Bulla hec promulgatur ceremonijs quibusdam adhibitis.*

**T**ertia quæstio est, quando Bulla haec promulgetur, sed quoniam in secundo Capite id explicauimus, ubi quamobrem Bulla Cenæ Domini diceretur, exposui-

mus, ob eam rem hoc omisso, breviter quibus ceremoniis promulgatur, aperiamus.

*I* Pontifex Max. ¶ igitur in die iouis sancto diuinis de more in Palatio pontificio celebratis, pontificis vestibus induitus, & diadema te ex triplici corona constructo capiti imposito decoratus, præcedentibus Cardinalibus quam plurimis pontificiis vestibus induitis, in sella serico panno obrizo, aureisq. Bullis expolita maiestate quadam ad Xystum, & porticum Basilicæ Sancti Petri, unde ab universo populo conspici potest vehitur: ubi eo sedente, duo Cardinales alter latina lingua, alter nostrati alta voce has litteras recitant, cereo accenso ante Pontificem stante. Quib. litteris recitatis, Romanus Pont. ad detestandos, qui contra eam Bullam venerint, in vulgus cereum dictum proiicit, & hoc factio inde discedit. Hæc summa brevis est ceremoniarum, quæ sunt, dum haec litteræ promulgantur, quæ partim etiam adhibentur, dum excommunicationes ab aliis inferioribus proferuntur, ut declarauimus in Tractatu nostro de Censuris Tab. 2.

*De tempore quo Bulla hec promulgari cepta est.* *Cap. V.*

*S V M M A.*

*I* Tempus, quo Bulla haec promulgari cepta est, non omnino scitur.

**Q**vara quæstio est, quando Bulla huiusmodi promulgari cepta est, in qua quæstione Sot. dist.



diff. 22. quæst. 2. artic. 3. conclus. 5.  
 lib. 4. ait Bullam huiusmodi antiquam non esse, sed anno 1420. sub Martino Quinto publicari ceptā esse, idem sensisse videtur Nauarr. in ca. ita quorundam. nota. t 1. nu. 23. de iudic. & Iacob. de Graff. lib. 4. decisi. cal. consci. capit. 18. nume. 3. Hanc opinionem reprobat Ioā. Bapt. Antonius in Catechesi Neapolitana lib. 3. capit. 1. in fine. Et hoc ob eam rationem, quoniam ante Martinum Quintum Clemētinæ constitutiones a Clemente Quinto latè emanarunt, in quibus Bullæ huius mentio fit, ut habetur in Clemen. 1. iun&. Gloss. in ver. Solemnes, & in verb. Generales de iud. ibi enim mentionem facit Clemens V. solemnium dierum, in quibus Romani Pontifices processus generales facere consueverūt. Gloss. igitur hæc interpretans ait hos dies esse diem iouis hebdomadæ sanctæ, & diem Ascensionis, & diem dedicationis Basilicarum Petri, & Pauli. Processus autem generales hos esse contra hæreticos, eorum credentes, & contra portantes Sarracenis merces, & contra huiusmodi. Ex quibus uerbis Glossa apparet Bullam hanc ante Martinum promulgari consueuisse, nam Clemens V. Clementinorum auctor fuit anno 1305. Martinus V. vero anno 1417. ut habetur in Cathalogo Romanorum Pont. nuper impresso.

**I** Quid ergo concludendum. Ego sic distinguendum censeo. Aut

quærimus, an casus, qui in Bulla sunt, a iure antiquo prohibiti sint, & multos prohibitos sine dubitatione fuisse concludendum est, ut de hæreticis habetur in ca. excom. municamus. 1. & 2. de hæretic. in antiqu. de deferentibus ad hostes prohibita. in ca. ita quorundam. de iudic. de romipetis in ca. si quis romipetas. 24. quæst. 3. de aliis in capit. si quis suadente diabolo. 17. quæst. 4. & in cap. quoniam, de immunit. Eccl. lib. 6. Aut quærimus, quando per Bullam, & per litteras huiusmodi prohiberi ceperūt, & multo post id factum fuisse censem, sed quo tempore, a nemine pro certo habetur, ut ex dictis patet. Et sane, quod quæstio hæc parum utilitatis affert, ob eam rem non grauis iactura fit, si id ignoretur, atque idcirco de hoc satis, ad alia transeamus.

#### De Bullæ huius mutatione.

Cap. VI.

#### S V M M A.

**I** Bulla hæc aliquando, sed in paucis mutatur.

**Q**VINTA quæstio est † an Bulla hæc mutetur. i. an casus alii ad eam addantur, ex eave, qui sunt, amoueantur. Et in hac quæstione breuiter concludendum est, quoniam in arbitrio Romanorum Pontificum positum est, pro temporum ratione, ac rerum necessitate.

A 4 tate



tate in aliquibus, aliquando mutari, & ad eam etiam aliquid aliquando addi, ut id conspici potest ex Bulla Gregorii xiiij. quam interpretatur Nauarr. in Man. cap. 27. nu. 54. quæ in aliquibus non conuenit cum Bulla Clementis VIII. quam interpretandam nos sumplimus, quamuis in pluribus semper conueniat, ut colligitur ex eisdem Bullis, & ex Bulla Pauli iij. quam refert Rebuss. in Prax. benef. vbi eam declarat, & probatur in extraug. Et si dominici gregis. de peniten. Hæc autem sunt ea, quæ pertinent ad hæreticos, ad libertatem Ecclesiasticam, & id generis. Quare interpretatio vnius & ad aliarum cognitionem pertinet. Et de questione hac itidem sat.

*De Bulla hac, an sit lex, vel sententia.  
Cap. VII.*

*S V M M A.*

I *Censuræ latæ per hanc Bullam an sint a iure, vel ab homine.*

I **S**exta questio est, tan excommunicationes, & censuræ per hanc Bullam latæ ab homine, a iure sint, Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de excommunicatione c. 16. & Mart. Alfö. de Viuald. in Candelabro pa. 2. in explicatione huius Bullæ in §. volentes, a iure ipsas esse existimarent. Primo, quoniam mortuo Ro-

mano Pontifici, non extinguntur, sed durant, donec alii processiant, ut habetur in Bulla, ergo à lege sunt, nam legislatoris morte leges non extinguntur. c. f. de off. leg. & l. leges, & constitutiones, C. de le. Hæc ratio mihi non quadrat, nam Bulla hæc non sua natura perpetua est, sed quoniam id Pontifex cauit; id quod hinc patet, quoniam ante Pium V. extinguebatur cum ipso Romano Pontifice, sed ipse deinceps, & alii successores, quo in officio fideles Christiani continerentur, & ut post mortem duraret, sanxerunt, non igitur ratio hæc quicquam facit. Secundo probatur horum opinio hac ratione, Bulla hæc respicit futurū tempus, contra enim eos censuræ fert, qui delicta per ipsam prohibita fecerint, at in futurum prospicere proprium legis est, cap. cognoscentes, & c. f. de consti. sententia vero non utiq; ergo Bulla hæc lex, & non sententia est. Hæc ratio etiam mihi non probatur, nec vera est, nā generales sententiae pro futuris etiam feruntur, vbi ratio id suadet, arg. c. a nobis, c. de sent. excom. & ca. Romanæ. §. caueant. eo. lib. 6. & vt id asseruit Couar. in c. alma. p. 1. §. 10. num. 1. in fin. de sent. excom. lib. 6. vbi ait ita fore si vñ, & praxi jā diu inductū esse, ut excommunicationes generales ab homine pro futuris culpis ferrari possint, neque ratio igitur hæc quicquam facit. Tertio probatur horū sententia, quoniam excoica-  
tiones



tiones, quæ per Bullā feruntur, nulla in dignitatem admonitione, quæ vero per sententiam sic. Hæc ratio itidem opinionem hanc non cœtur, tū quod satis admonitio præuenit, ubi promulgatur, & semper admonet, tum quod & excommunicationes pro futuris culpis latè per sententiam admonitionē non requirunt, vt id abundè probauimus in Tractatu de Censuris cap. 18. §. 3. nume. 1. prope finem Tab. 1. Postremo probatur horum ratio hoc modo, casus huius Bullæ plures habentur in iure, scilicet in extrauag. Et si Dominicī gregis, de pœnit. & in extrauag. 5. eodem, ergo iuris sunt. Hæc ratio etiam non memouet, nam, et si recensentur inibi casus Bullæ, non tamen ob id iuris sunt, quod enim iure prohibitum est & sententia prohiberi potest, arg. capit. ita quorundam iunct. Glo. de iudic. Postremo in cit. iuribus non statuitur de novo, vt hi casus referuati sint, sed declarantur esse referuati.

Quare, cum nullis rationibus opinio hæc nitatur, contrariam sententiam, vt excommunicationes huiusmodi ab homine sint, ego sequor, quam & sequitur Nauar. in Man. capit. 27. & Rebuff. in Prax. benef. in explicatione Bullæ in principio in verb. Ad futuram, ibi ista tamen Bulla, & Iacob. de Graff. lib. 4. decis. cas. consc. capit. 18. nume. 4. & sensit idem Addit. ad Nauar. in consi. 1. quæst. 9. ver. Aduerte. lib. 1. de constitu. & Sot.

dist. 22. quæst. 2. art. 3. & Illustrissimus Franciscus Toletus in Bulla Cœnæ Domini in principio. nu. 5. Probatur autem primo, quoniam per modum sententia fertur, ac promulgatur, & dicitur processus qui non sit in ferendis legibus, ergo sententia, & non lex est. Secundo loco, quoniam, antequam Romanii Pontifices statuerent, vt post eorum mortem duraret, morte extinguebatur, ergo sententia, & non lex est; nam lex, esto id non caueatur, tamen perpetua est, arg. c. fin. de off. leg. & habetur in c. fi. de const. & ibi not. sententia vero generalis extinguitur cum eius auctore, vt probauimus in Tractatu nostro de Censuris, Tab. 1. capi. 2. §. 2. & ca. 9. §. 4. in fine, & vt tradunt Gloss. Abb. Mar. Socin. Sen. Felin. ac DD. in ca. a nobis. 1. de sententia excom. ac Feder. de Sen. in cons. 16. etenim sunt, vt edita, & banua, quæ feruntur, quo facilior gubernatio sui temporis sit, vt sensit Bald. in leg. 1. C. de postulan. Postremo facit, quoniam Romanus Pont. sententias appellat, vt habeatur in tercia parte, versi. Non obstantibus, ibi. Per quæ contra hos vniuersales processus, ac sententias. Ex his igitur concludo ab homine, & non a iure Bullam hanc esse, quid autem referat, an ab homine a iureye sit, in Tractatu meo de Censuris declaraui, sed iam ad alia Capitula veniamus.

De

*De publicatione huius Bullæ singulis annis,  
an offendens eam sapis censuris ob-  
ligetur.* Cap. V III.

S V M M A.

- 1 *Faciens aliquid, pro quo à diversis ex-  
communicatione lata est, an in plures ex-  
communicationes incidat.*
- 2 *Offendens hanc Bullam an pluribus ex-  
communicationibus obligetur, ex quo  
sapis promulgatur.*
- 3 *Hæreticus per multos annos an noua ex-  
communicatione obligetur singulis an-  
nis, ex quo singulis annis Bulla hæc pro-  
mulgatur.*
- 4 *Offendens Bullam hanc in pluribus ca-  
pitibus in tot excommunicationes inci-  
dit, quot capita ipsius offendit.*

**S**eptima quæstio est, an ex quo singulis annis Bulla hæc pro-  
mulgatur, toties nouis excommunicationibus constringatur, qui eam  
1 offendit. † Generatim an si pro eo-  
dem facto ab eodem, a diversisve per sententias plures, legesve plu-  
res excommunicatione lata sit, in ex communicationes plures incidat offendens, disputauimus in Tra-  
tatu de Censuris capitulo. 16. §. 3. Tab. 1.

**Quoad questionem propositâ**  
2 † breuiter concludo hunc in excō  
municationem vnam tantum inci-  
dere, nam hoc sensit Nauar. in ca-  
ita quorundam, nō. 11. num. 32. de  
iudic. & Felicianus Episcopus Sca-  
lensis in Enchiridio de Censuris  
cap. 16. de excommu. versi. Ad ra-

tiones, etenim innouare potius ex  
cōmunicationes latas, quā nouas  
3 terre credendum est. † Quare, qui  
in hæresim incidit, & si in excom-  
municationem huius Bullæ sta-  
tim incidit, non tamen, si per mul-  
tos annos in ea perseueret, singu-  
lis annis noua excommunicatione  
irretitur, vbi Bulla hæc promulga-  
tur. Id quod locum habet, vel a di-  
uersis Romanis Pontificibus pro-  
mulgetur, atque sic sensit Nauar.  
eo. not. i. 1. num. 34. versic. Dixi ita  
latas, vt sint suæ. Ita igitur in hac  
re concludendum censeo, etenim  
iterata illa publicatio fit, vt supra  
dixi, quò magis, magisque fideliū  
memoria hæc inhærent, ac perte-  
riti ab offensione huius Bullæ auo-  
centur.

4 Verum quid † si quis plura capi-  
ta, vel vniuersa huius Bullæ ofen-  
dat, an in vnam, pluresve excom-  
municationes incident, in tot scili-  
cer, quot Bullæ capita offendit? Hoc nobis etiam dissoluendum  
proposueramus. In hac quæstione  
sine dubitatione concludendum  
est in tot excommunicationes hunc  
incidere, quot Bullæ capita offendit. Primo, quia, vbi quis quidpiā  
facit, ex quo plura delicta (specie  
diuersa oruntur, pro singulis deli-  
ctis pena imponi potest, dummo-  
do iterari ea pena possit, vt tradi-  
dit Bart. in l. Senatus. num. 1. ver.  
Si vero resultant ff. de accusa. & in  
l. nunquam plura. nume. 1. versi.  
Pro hoc ff. de priuat. delict. ergo  
multo magis hic in excommunica-  
tiones



siones plures incidet, ex quo diversa facta sunt, pro quibus singulis excommunicatio per Bullam data est, iterari enim excommunicatio potest, ut id nos plurib. probauimus in cap. 16. §. 3. Tracta. de Censu. Præterea id probatur etiā, quoniam qui plures clericos una percussione percutit, in tot excommunications percutiens incidit, quot sunt clerici, quos percussit, ut id afferuit Ioan. And. in cap. de lictum. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & nos disputavimus in eod. c. 16. §. 3. nume. 8. ergo multo magis in casu nostro. Alioquin si contrariū vellemus, impunitatem aliquorū cōsequeretur, propterea quod plura delicta committit contra h. 2. ff. de priuat. delict. Nunquam plura delicta concurrentia, dicitur enim ibi, faciunt, ut vilius impunitas detur, neque enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam. Hæc ibi, facit quoque l. si seruus seruum. ff. ad leg. aquil. ibi enim dicitur, si seruus alienum seruū surripuerit, & occiderit, & furti, & damni iniuriaē actionem compete re. Ergo multo magis in casu nostro id afferendum est. Quare, si quis in hæresim aliquam incidat, si appellat ad futurum concilium, si romperas offendat, ac demuin, si reliqua omnia peragat contra Bullam, in omnes Bullæ excommunications incidet, non enim ob unam causam excommunicatus excusatur, quò minus in alias excommunications inci-

dat. argum. cita. l. 2. ff. de priua. delict. Immo & in eodem genere delicti si in plures species eius committit, in plures excommunicatio nes incidit, ut si in plures hæreses, nam pro omnibus hæresibus excommunicatio fertur, & qui unā hæresim habet, hereticus est. Non est igitur, quod hac de redubite mus, ad alia transeamus.

*De Bulla hac an infideles afficiat. Cap. IX.*

- 1 Baptizatus qui non est, offendens hanc Bullam in eius excommunicationem, ac censuras non incidit.  
 2 Iudei, ac turce excommunicari non pos sunt.  
 3 Catechumenus excommunicari non pos test.

**N**ona quæstio est, tan Bullæ hæc infideles afficiat, id est an, qui baptizatus non est, si Bullam hanc offendat, in excommunicationem incidat. In qua quæstio ne concludimus, qui baptizatus non est, esto Bullam hanc offendat, in excommunicationem non incidere, nam per excommunicationem quis vsu communionis sp̄ ritualium Ecclesiæ priuatur, ut probauimus in Tractatu de Censuris cap. 6. Tab. 2. quorum baptisi susceptione participes effici mur, ut tradidit Catech. multis in locis in expositione eius articuli,

Credo

Credo sanctorum communionē ,  
 & Nauar. c. 20. num. 53. cum seq.  
 de orat. & hor. canon. ergo , qui  
 Christi fidem baptisimi susceptio-  
 ne professi non sunt, nec ad Eccle-  
 siæ communionem recepti , ipsis  
 priuari excommunicatione non  
 possunt, non enim, quod quis non  
 habet, illud eiadimi potest, argu-  
 men. cap. ad dissoluendum , & ibi  
 Abb. de spons. impub. & leg. de-  
 cem, vbi Ias. ac DD. no. ff. de verb.  
 2 obli. t Non igitur Iudei, non Tur-  
 cæ, non alii, qui baptismo initiati  
 non sunt, in excommunicationem  
 & censuras huius Bullæ eam offen-  
 dentes incident, nam excommuni-  
 cati non possunt ob prædictam ra-  
 tionem, & ut tradidit Abb. in ca-  
 ab excommunicato. num. 9. vers. 1  
 Exemplum secundi. de rescrip. &  
 in cap. relatum. versicu. Not. 1. vbi  
 quoque Felin. de sentenr. excom-  
 mun. & Gemin. in cap. Romana. §.  
 in universitatem. nume. 10. versic.  
 Item baptizatam, & Philip. Fran.  
 in versicul. In Gloss. de sententia  
 excommunic. libr. 6. & Couar. in  
 capitul. alma. p. 1. in princip. nume-  
 ro primo, de sententia excommu-  
 nic. lib. 6. & Mar. Socin. Sen. in ca-  
 pitul. mulieres, numero 26. cum se-  
 quent. versicul. Quinto quæro, &  
 in capitul. relatum. numero quar-  
 to. eodem in antiqu. & Syl. in verb.  
 Excommunicatio. 1. numer. 7. &  
 Tabe, eodem 4. numero primo, &  
 Marquar. de Sustann. in Tractatu  
 de iudæ. & aliis. idem. capi. octa-  
 vo. nume. 2. in 2. p. prin. & Nauar.

in Tractatu de iubileo, not. 31. nu-  
 4. in uersicul. An autem ibi quar-  
 to, vbi communiter opinionem  
 hanc receptam esse testatur, & in  
 capitul. ita quorundam, not. 8. nu-  
 mero 4. & numero 7. de iude. & in  
 Man. capitul. 27. num. 13. Et pro-  
 batur etiam in capitul. omnis chri-  
 stianus. 11. quæst. 3. & in capitul.  
 audiimus, §. fin autem, versicu. si  
 cut autem. 24. quæstio. 1. Hinc Iu-  
 dæus violentam manum in cleri-  
 cum iniiciens, in excommunica-  
 tionē non incidit eius, c. si quis sua-  
 dente diabolo. 17. quæst. 4. vt habe-  
 tur in capitul. postulasti, de iudæ. Id  
 quod sensit Mar. Socin. Sen. in ca-  
 pitul. pernenit. numero 28. cum se-  
 quent. versicul. Septimo principa-  
 liter, de sententia excommunicat.  
 & Archid. in citat. capitul. si quis  
 suadente diabolo, & Marquar. eo  
 dem capitul. 8. numero quinto,  
 qui ergo baptizatus non est, in ex-  
 communicationes ac censuras hu-  
 ius Bullæ non incidit.

Id quod locum habet ob easdē  
 rationes, t esto catechumenus sit,  
 id est ad christianam fidē, baptis-  
 mum ve venire velit; nam nec hic  
 excommunicari potest, vt dixit Na-  
 uarr. in eod. Tracta. de iubileo. no.  
 31. num. 48. versicul. Quarto, & in  
 Man. capitul. 27. numer. 13. & vt  
 nos id asseruimus in Tractatu de  
 Censuris, capitul. 17. §. 5. numer.  
 3. Tabul. 1. Alia igitur pæna ad ar-  
 bitrium iudicis punietur. argumē.  
 cap. de causis, de off. deleg. & l. r.  
 ft. de iur. delibera. vbi enim pœna.

ordi-

ordinaria in reum non cadit, ad arbitrium iudicis punitur, ut tradidit Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 5. cap. 4. 49. sed iam ad alia veniamus.

*De Bulla hac, an vniuersos christianos afficiat.* Sup Cap. 1. X. 00000q  
S V M M A.

- 1 Christiani omnes offendentes hāc Bullam in eius penas incidunt.
- 2 Potestas Ecclesiastica quamobrē pertineat ad gubernanda etiam naturalia, ac secularia.
- 3 Romanus Pont. Reges imperio priuare, Coadiutoremque illis dare potest.

**D**ecima quæstio est, † an Bulla hāc vniuersos fideles, & christianos afficiat. Videbatur igitur dicendum vniuersos non afficere, eos. s. qui in temporalibus Romano Pont. subiecti non sunt, ac propterea ob delationem armorum ad christiani nominis hostes, Imperatorem, Reges, & huiusmodi Principes viros in excōicationem Bullæ non incidere, nā Romanus Pont. in laicos, qui ipsi in temporalib. subiecti non sunt, quoad temporalia iurisdictione non habet, vt afferuit Fek. in c. que in ecclesiarum. nu. 44. vers. Tertia declaratio, de constitu. ergo non videntur puniri posse, qui arma, ne a proposito exemplo discedā, ad prædictos hostes deferunt, nā

ad pœnam inurendam iurisdicō postulatur, vt habetur in Imperium, & ibi DD. ff. de iurisd. om. iudic.

Contrariam sententiam tamē amplexari debemus, sc̄ oēs Christianos, quacūque dignitate prædicti sint, & in quocunque gradu constituti Bullam hanc offendētes in eius penas incidere. Primo, quia hoc in multis locis Bullæ dicitur, & præferrim in c. 2. & in c. 7. & in c. 18. & in vers. Non obstātibus, at verisimile non est tot Romanos Pont. qui in iure Pontificio, ac civili floruerunt, quiq; doctissimos viros apud se sp̄ habēt, & in omni scientiarum genere peritissimos, argu. l. omnium. C. de testamenr. iunct. cap. 1. de consti. lib. 6. rem hanc conatos fuisse, si iure id non possent. Præterea probatur id etiam rationib. † nam potestas ecclesiastica, quā supremā Romanus Pont. habet, etsi ad gubernandos fideles secundū euangelicam legem in supernaturalibus a Christo Domino in primis instituta est, pertinet tamē etiam ad gubernanda naturalia, ac secularia, quatenus supernaturalia ipsi opus habent, & ad supernaturalem finem spectant, vt tradunt DD. Nauarr. in c. nouit. not. 3. nu. 82. & num. 97. de iud. & in consil. 1. de for. comp. lib. 2. & in re nostra, in c. ita quorundam. not. 11. in Glo. 5. de iudæ. & Alphons. Alvarez. in Thesauro Christ. relig. cap.

cap. 16. in principio, & in capitu.  
31. numero. 20. & Couar. in Reg.  
peccatum. in 2. p. select. §. 9. nume  
ro 7. vbi & alios idem sentire in  
nuit, ergo Romanus Pontif. ne su  
pernaturalis ille finis impediatur,  
de naturalibus ac secularibus di  
sponere potest, & ob id proposi  
tis poenis prohibere cuique, ne ar  
ma, & alia huiusmodi ad christia  
ni nominis hostes deferantur, ne  
Ecclesia hereticis, schismate apo  
stolicaque polluatur, ne Ecclesia  
stica iurisdictio violetur, ac, ne  
singula persequar, quæ in Bulla  
habentur, ne Christi fideles iniu  
ste oneribus iniuriave afficiatur,  
ex quo enim Christus dominus  
eam potestatem Ecclesiæ tribuit,  
quod ad æternam vitam suam po  
pulum dirigeret, & ea omnia tri  
buisse intelligitur, sine quibus co  
mode id fieri non posset, ac pro  
pereea concessisse, ut impedimen  
ta hæc Ecclesia tolleret. argum.  
l. 2. & eorum, quæ ibi DD. not. ff.  
de iurisd. omn. iud. & cap. præte  
rea. de off. deleg. Postremò om  
nia, quæ per hanc Bullam censu  
ris propositis prohibentur, pec  
cata grauissima sunt, ut per se pa  
tet, & negari hoc non potest. At  
vbi tractatur de materia peccati  
Romanus Pontif. in quemcumq.  
iurisdictionem habet, ut dicitur  
in capit. nouit. de iud. Nos enim  
intendimus, ait namque ibi, de  
cernere de peccato, cuius ad nos  
pertinet sine dubitatione censu

ra in quam, quemlibet exercere  
possumus, & debemus. Hæc ibi.  
Summus Pontif. eadem paulo  
post etiam repetit, nam inquit:  
Nullus, qui sit sanæ mentis, igno  
rat, quin ad officium nostrum  
spendet de quocunque mortali  
peccato corripere quælibet chri  
stianum: & si correctionem con  
templerit, per distinctionem Ec  
clesiasticam coercere. Hæc ibi. Iu  
re merito igitur christiani omnes  
hac Bulla comprehenduntur.

<sup>3</sup> † Hinc, vbi reges, atque Impera  
tores iustitiam non colunt cole  
reve nesciunt quamobrem subdi  
torum animæ detrimentum pa  
tiuntur, Romanus Pontif. aut eos  
regno priuat, aut Coadiutores  
eis præbet, ut habetur in capit. 2.  
de re iud. lib. 6. & in capitu. gran  
di, de supplend. neglig. præla. lib.  
6. & facit c. licet de for. compet.  
& c. t. de homic. lib. 6. Concludo  
igitur quoscumque hanc Bullam  
offendentes in ipsius poenas inci  
dere, sed de quæstione hac satis,  
ad aliam transeamus.

De vniuersitate, seu Collegio, an in ex  
communicationes huius Bullæ inci  
dat eam offendens. Cap. XI.

S V M M A . ad non

1 Vniuersitas in excommunicationes hu  
ius Bullæ non incidit, esto ipsam offen  
dat.

2 Vniuersitas Bullam hanc offendens an  
puniri



puniri possit alia ratione, ex quo in excommunicatione non incidit.

**3.** Vniuersitas si offendat hanc Bullam, an singuli ex ea in excommunicatio nem incident,

**V**NDECIMA quæstio est, an Bulla hæc vniueritatem, Collegiumve afficiat, exempli gratia Communitas, seu Respubli ca Lugi de communi consilio prohibita per hanc Bullam ad Turcas defert, an in excommunicationem incidet? In hac quæstione, quò absolutam eius cognitionem habeamus, tria contéplanda sunt. Primum id quod dividimus, an scilicet vniuersitas offendens hanc Bullam in excommunications eius incidat, secundo, an alias puniri possit. Tertiò, an singuli ex vniuersitate excommunicationi ipsi saltem obligentur.

Quoad primam quæstionem, concludendum est vniuersitatē in excommunications huius Bullæ non incidere, esto Bullam offendat, & hoc ob eam rationē, quoniam vniuersitas excommunicari non potest, ut dixit Gloss. in capitulificut, in verb. Adultera ta, 7. quæst. 1. &c. in capitul. penul. in verb. vniuersitas, de cens. lib. 6. & in extrauagan. vnic. in verb. singularis persona. ne sed. vac. aliq. innuet. & Innocent. in capitul. grauem, de senten. excommunic.

**A**Abba. in capitul. bona memo-

riæ. numer. 20. de elect. & in capitulo dilecta in Christo, & ibi quoque Felin. de except. & idem Felic. in capitul. eam te, in verb. Illud. numero 34. ibi. Secunda declaratio, de rescript. & Bald. in capitul. Imperatorum. numero 6. de iurament. calum. & Gemin. in capitul. 1. §. quo vero. numero 6. de usur. lib. 6. & Specul. de sentent. excommun. communis denique DD. sententia hæc est, & habetur in capitul. Romana. §. in vniuersitatē. de sentent. excommun. libro 6. Idque iure merito, nam vniuersitas homo non est, sed corpus quoddam fictum, argument. leg. mortuo. ff. de fideiust. & l. rerum mistura. versicul. Tertium. ff. de vñucap. & vt dixit Innocen. in cit. capitul. grauem, & Gemin. in eo. §. in vniuersitate. versicul. Et ob hoc nullum eorum, & Anch. numero 7. uersicul. Quare autem vniuersitas non sit capax, & Philipp. Franc. versicul. In ea Glo. & communiter DD. ibi, & Felin. in cit. capitul. dilecta in Christo. numero 1. de except. & in cit. capi. eam te. versicul. Aliud singuli. numero 34. ibi. Secunda declaratio viden. de rescrip. Si ergo vniuersitas homo non est, ergo baptismum suscipere non potest, homo enim baptismi tantum capax est, ut probauimus capitul. 16. Tabu. 2. in comment. nostro de sacramentis, ergo nec in Ecclesiastica communionem recipi (per baptismum enim

enim in hanc communionem adscribimus, ut tradidimus in Tractatu de Censuris. capitul. 6. & capitulo. 9. Tab. 2.) si igitur vniuersitas nec baptismum suscipere potest, nec in Ecclesie communione recipi, ergo nec ab ea communione per excommunicationem excludi poterit, quod fit excommunicatione, ac propterea nec excommunicari, ubi enim non est habitus, ibi priuatio non datur. argument. l. decem, & ibi com muniter nos. s. de verbor. obliga. non est ergo, quod de hoc dubitamus, quod & pluribus in Tractatu de Censuris probauimus capi. 26. numer. 4. Tab. 2. in quo etiam capite quæstiones alias ad rem hanc pertinentes disputauimus. In excommunicatione huius Bullæ igitur vniuersitas non incident. Id quod significauit nobis etiam auctor Bullæ, quoniam, ubi vniuersitatem Bullam offendentem punire voluit, separatim interdicto eam subiecit, ut habetur in 2. par. huius Bullæ Cap. 2. versi. uniuersitates vero, & de quæstione hac satis.

2. Quoad alteram tamen vniuersitas Bullam hanc offendens puniri alia ratione possit. Concludo breuiter ipsam puniri posse. argument. capitul. 1. & 2. de schism. & habetur in eodem versic. uniuersitates, & de quæstione hac itidem satis.

Quoad tertiam quæstionem,

alias

3. tamen singuli ex vniuersitate in excommunicationem incident, sic distinguendum censeo. Aut est delictum, quod animo perficitur, & personæ singulari, non vniuersitati conuenit, cuiusmodi hæresis, & schisma sunt, & in hoc casu, quoniam qui consentit etiam ut membrum vniuersitatis, statim schismaticus, hæreticus est; ob eam rem, quamvis vniuersitas nihil deinceps statuat, tamē in hoc casu in excommunicationes singuli incident, qui in hoc consentiunt. Sicut econtrario ubi non consentiunt, esto vniuersitas aliquid contra fidem statuat, tamen in excommunicationem non incident, nam ex quo culpa vacant, & mortiferè non peccant, ex communicationem evadunt. argument. capitul. nemo, & capitul. nullus. i. r. quest. 2. Nec repugnat, si dicatur id, quod a maiori parte vniuersitatis sit, ab omnibus factum censeri, nam ea regula locum in ijs habet, quæ vniuersitati conueniunt, non autem in ijs, quæ sunt singulorum, cuiusmodi hæresis, ac schisma est, in his enim anima quæ peccauerit, morietur, & hic locum habent, quæ habentur in capitul. 2. de ijs, quæ sunt à maiori part. capitul. 2. Aut est delictum, quod non animo tantum perficitur, & vniuersitati conuenire potest, cuiusmodi est, exépli gratia, arma ad christiani nominis hostes transmittere, & in hoc

hoc casu singuli, qui consenserint, in excommunicatione hanc non incidet, quoniam non ut singulares personae id faciunt, sed ut uniuersitas, & factum illud non singulorum, sed ut vniuersitatis factum dicitur. arg. l. si municipes. & l. sicut. ff. quod cuiusq; uniuers. nom. In hac quæstione igitur sic concludendum censeo. Sed de quæstione hac satis, ad alteram ueniamus.

*De præstante consilium, auxilium, fauoremve ijs, qui delicta per Bullam prohibita committunt, an in excommunicationem incident. Cap. XII.*

### S V M M A.

- 1 **Consilium** } *Præstans ad delictum*  
Auxilium } *committendum morti-*  
*Fauorem* } *ferè peccat.*
- 2 **Consilium, Auxilium, Fauoremve præ-**  
*stans ad delictum aliquod committendum ex ijs, quæ per Bullam hanc*  
*prohibentur, in excommunicationem non*  
*incidit, quæ regula, quo-*  
*usque pateat, declaratur.*
- 3 **Consilium, auxilium, fauoremve præ-**  
*stans ad delictum committendum,*  
*vbi & contra hunc excommunicatio-*  
*fertur, an ante, postve delictum*  
*in excommunicationem incident.*

**D**Vodecima quæstio est, an consilium, auxilium, fauoremve præstas, ijs, qui delicta per Bullam prohibita committunt, in

excommunicationem hanc incident. Quo rei huius cognitionem absolutam habeamus, duo contemplanda sunt. Primum, vbi excommunicatio, censurave alia in aliquos fertur, si quid delicti commiserint, an ij comprehendantur, qui illud committendum maledauerint, vel ad id consilium, auxilium, fauoremve dederint. Deinde, esto non comprehendantur, quid iuris, si expressi sint, an scilicet in excommunicationem incident re non secuta, esto per illos non steterit, quominus ea presterint.

Quoad propositas quæstiones † omnino pro certo habendum est, qui delictum faciendum mandant, vel ad illud committendum consilium, auxilium, fauoremve præstant, hos mortifere peccare. argumen. cap. cum quis. versicul. si vero iniectio. eadem. de senten. excōmun. lib. 6. nam, si quis ratam percussionem clerici non suo nomine factam habuerit, esto in excommunicationem non incident, tamen hunc peccare ait ibi Romanus Pont. ergo multo magis in casu nostro, ex quo delicta prohibita grauissima sūt, atque sic dixit etiam Caietan. in Summ. in verb. excommunicatio, capitul. 47. versicul. Tertium est, quod dantes auxilium, & in verb. Restitutio capitulo primo, versicul. Ingrediendo, ibi consilium, hoc est dans consilium efficax, & Nauar. in Man. c. 11. nu.

B 15. vers.

15. versicul. Sexto dicimus viden.  
vbi cit. Glos. vid. & Tab. in verb.  
excommunicatio. 5. cap. 49. ibi,  
Nam omnia. Hoc præmisso.

Quoad primam quæstionem igi-  
tur † an, qui delictum commit-  
tendum mandauerit, consilium,  
fauoremve præstiterit, in excom-  
municationem incident. Conclu-  
do hos in excommunicationem  
non incidere. Primò, quia verba  
propriè accipienda sunt, nisi ali-  
ter de mente loquentis constat,  
& in potiori sententia. argumen.  
l. non aliter. ff. de leg. 2. & leg. cum  
quæritur. ff. de stat. homin. ergo  
vbi lex excommunicat, qui hoc,  
illudve fecit, ij non comprehen-  
duntur, qui illud delicti manda-  
uerint, ad illudve committen-  
dum consilium, auxilium, fau-  
remve præstiterint, quandoqui-  
dem hi propriè facere non dicun-  
tut, argumen. leg. 1. §. deiecisse, ff.  
de vi, & vi armat. sed ficte, vt dixit  
optimè Bartol. in leg. sed si vnu.  
§. 1. numero 2. cum sequen. vbi de  
mandante ait. ff. de iniu. & idem  
viden. in leg. si is qui pro empto-  
re, & ibi quoque Iaso. numer. 348.  
vbi quæstio hæc disputatur, qui  
per alium facit, an ipse facere di-  
catur. ff. de ysucap. Præterea, quo-  
niam ubi lex vult hos comprehé-  
di, id exprimit, vt in capitul. 1. de  
hom libro 6. & in capitul. felicis.  
de pœn. eod. libro. & in Clemē. si  
quis suadente diabolo, eodem, &  
in Bulla nostra multis in locis, in  
capitu. 2. & in capitul. 10. & capit.

16. & capi. 20. ergo alias non com-  
prehenduntur, alioquin superua-  
canea esset huiusmodi expressio.  
argumen. l. 1. ff. ad munic. & con-  
tra cap. si Papa, de priuileg. lib. 6.  
Tertiò, quoniam sumus in pœnis,  
ergo benigna interpretatio facie-  
da est. argumen. cap. in pœnis de  
reg. iur. lib. 6. & l. factum. §. in pœ-  
nalibus. ff. eo. etenim in pœnis ar-  
gumentum a simili non sumitur,  
vt dixit Glos. in cit. capitul. in Pœ-  
nis. Hinc etsi, qui matrimonium  
cum cōsanguinea, affine, monia-  
live contrahit, excommunicatus  
est per Clement. 1. de consang. &  
affinit. non tamen in eam pœnam  
incident, qui cum eisdem spōsalia  
contrahit, vt inquit Glos. ibi in  
verb. contrahere, & hoc ob eam  
rationem, quoniam constitutio il-  
la pœnalis est. Vbicunque igitur  
lex facientem excommunicat,  
pro regula habendum est eum,  
qui consulit, mandat, fauet, auxi-  
liatur, non comprehendendi, atque  
sic dixit Cajet. in verb. Excommu-  
nicatio. capitul. 47. numer. 3. nam,  
etsi per cit. Clemē. 1. de consan-  
guin. & affinita. excommunican-  
tur, qui incestas nuptias contra-  
hunt, non tamen inquit eos com-  
prehendi, qui contrahentium no-  
mine eas contrahunt. Non igitur  
proxenetæ, qui student has nu-  
ptias faciendas, non sacerdos,  
qui his nuptijs interest, inris il-  
lius pena obligabuntur. Idem di-  
xit Syl. in verb. excommunicatio.  
10. numero quinto versiculo.

Quar-

Quartò, ibi; Tertium cōsulentes, & Tab. in verb. excommunicatio. 3. cas. 49. & Naua. qui ipsos sequitur in Man. capit. 27. nume. 5 1. in quibus locis DD. illi rem hanc tractauerunt, ab hac opinione igitur non discedemus, sed pro regula habebimus consulentes, fauentes, auxiliantesque in excommunicationem non incidere.

Excipitur tamen primò, vbi canon eos comprehendet, hoc autem cognoscitur, si & ipsos nominet, quod factum habetur in cap. felicis. de pen. libro sexto. & in capit. 1. de homic. lib. eodem. & in Cle. si quis suadente diabolo, de pē. & in locis allegitis in hac Bulla, atque sic DD. eisdem in locis inquiunt.

Secundò, excipitur, vbi, et si unus canon id non dicit, alius tamen id addit, quod contingit canonis si quis suadente diabolo. 17. quæstio. quarta. nam excommunicat ipse injicentes manus violentas in Ecclesiasticam personam, & tamen comprehendit etiam id mandantem, consulentem, iuuantem, non prohibentem, non quidem vi, ac proprietate verbi, cum aliud sit manus injicere, aliud consulere, ut per se patet, sed legislatoris voluntate, qui ad hos quoque excommunicationem. capit. si quis suadente diabolo, pertinere voluit, ut habetur in c. mulieres, & in capit. quantæ, de sent. excom.

-ibid.

Tertiò, vbi lex alias inutilis es-  
set, cuiusmodi casus habetur in  
capitu. significavit. de iudæ. nam  
ibi excommunicantur, qui ad sa-  
racenos arma deferunt, & in de-  
ferentium numero habentur etiā  
qui mittunt, sed hoc & lex ipsa de-  
claravit.

Postremò excipitur, quoad a-  
liam poenam, nam, quod delin-  
quunt prædicta facientes, & poe-  
na ordinaria non obligantur,  
ob eam rem extraordinaria ad ar-  
bitrii iudicis punientur. argu-  
ment. 1. de caufis. de offic. delega.  
& 1. 1. ff. de iur. deliber. Hi omnes  
tamen in casibus propositis, vbi  
eos in excommunicationem inci-  
dere diximus, excommunicatione-  
nem etiam euadunt, vbi ijs aut  
consuluerunt, aut mandarunt,  
aut auxilium præstiterunt, qui si-  
ne ipsis tamen ea delicta commit-  
tere volebant, esto consilium ip-  
sis datum non esset, vel manda-  
tum, vt sensit Glos. in capitu. feli-  
cis. in ver. fauorem, & in verb. sim-  
pli. de pœn. lib. 6. & in Clemen. si  
quis suadente. in verb. Defensa-  
uerit. eod. & Nauar. in Man. cap.  
27. numero 51. versi. Quibus ad-  
dendum, etenim neque ad alias  
pœnas, & ad restitutioem tenen-  
tur, nisi auctores fuissent, ut deli-  
ctum fieret, & sine quib. id factū  
non fuisset, ita dixit Caie. in Sum.  
in ve. b. restitutio. c. 1. uer. Ingre-  
diendo, ibi. Consiliū. hoc est dans  
consilium efficax, & Nauarr. in  
Man. c. 17. nū. 17. ver. Non pec-  
cat,

B 2 cat,



cat, cum seq. Et de quæstione hac satis, aliam aggrediamur.

**3** Altera quæstio est, † an vbi cōsulentium, auxiliantium, fauētium ve canon, seu sententia mentionē facit, an inquam statim atque cōsilium, auxilium, fauoremve præstiterint, in excommunicationem incident, esto delictum secutum non sit, an verò delicto secuto. Ca iet. in Sum. in verb. Excōmun. c. 25. vers. ibi. No. 1. sic tacito distinguit. Aut sunt prædicti excōicati accessoriè cum facientibus, & cōmittentibus delictum, & in hoc casu, nisi re secuta, hos in excommunicationem non incidere ibi ait, idque merito, nam accessoriū naturam sui principalis sequitur, vt dicitur in ca. accessoriū. de reg. iur. lib. 6. sicut igitur, qui delictum committere volunt, in excommunicationem non incidunt, nisi delicto secuto, ita nec prædicti. Accessoriè autem excommunicati intelliguntur, qui cum principalibus excommunicantur, vt exempli gratia, si dicatur excommunicato appellantes ad futurum concilium vna cum fautoribus suis, & consilium, auxilium que præstantibus, vt habetur in Bulla Pij II. quam ibi refert Caie. & accessoriè ipsos excommunicatos esse sensit. Aut sunt excommunicati vt principales, & tunc in excommunicationem statim incident atque consilium, auxilium, fauoremve præstiterunt, vt sensit Ca iet. ibid. Hāc distinctionem se-

quitur Nauar. in Man. c. 27. n. 51. vers. Addo, quod refert, & aperi- tius in Extrauag. de datis, & pro- missis pro gratia, vel iustitia obti- nendis. not. 26. n. 43. vers. Ad op- posita respondetur, nam in Man. ait referri, an disponēs loquatur principaliter de faciente, & secun- dario de mandante, aut principali- ter de omnibus, in primo casu ait in excommunicationem non incidere consulentem, aut man- dantem, antequam opus fiat, in posteriori vero sic. Idem & aperi- tius ait in cit. extrauag. Ego autē sic distinguendū censeo. Aut con- stat disponentem voluisse prædi- ctos in excommunicationem in- cidere statim atque consilium, fa- uorem, auxiliuive præstiterunt, esto secuta res non sit, & in hoc casu huic stabimus, tum quod in claris conjectura opus nō est. arg. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obli. tum quod excommunicatio secundum mentē proferētis obli- gat, vt DD. concludunt. Constat autem intelligo, vbi ex verbis di- sponentis id colligitur, quod mul- tis modis contigere potest. Pri- mō si hoc exprimat aperte dicen- do, se velle consulentes post con- silium statim in excommunicatio- nem incidere, vel re non secuta. Secundo loco, si tacito ex verbis colligatur, exempli gratia, excom- municavit consulentem, non au- tem facientem, vt habetur in Cle. cupientes. §. 1. de pœn. ibi enim religiosi excommunicantur, qui audi-

auditoribus suadere nesciuntur, ne decimas soluant, esto auditores a soluendis non retrahantur, & non solueentes non excommunicantur. Tertio, si & que principaliter, ut delictum committes, & delictum mandans excommunicentur, ut habetur in cap. i. de homic. libr. 6. nam ibi excommunicatur tam is, qui interficit, quam is, qui interficiendum per assassinos mandat. Principaliter autem intelligo, vbi alternatiue excommunicatio fertur, ut pote, si dixerit, vel fecerit, vel mandauerit, ut habetur in eod. capi. i. ibi enim statuitur, ut in sententiam excommunicationis incidat, qui interficerit, vel mandauerit interfici, at in alternatiua sat est partem adimpleti. arg. l. si hæredi plures. ff. de condi. instit. & §. hæredi plures, in insti. de hæred. instit. idem habetur in cap. felicis. de pœn. & in Cle. si quis suadente diabolo. eod. nam alternatiue excommunicantur offendentes Cardinalem, aut id consilentes. Aut constat disponetem noluisse nisi re secura hos in excommunicationem incidere, & in hoc casu, ob rationes in initio huius quæstionis allatas nisi re secura non incident. Id autem cognoscitur. Primo, si id exprimatur. Secundo, vbi tacito ex verbis colligitur, scilicet si accessoriè ipsos excommunicauerit, sicut inquiunt Caiet. & Nauar. Hoc autem fit, vbi quis excommunicatur cù suis fautoribus & consiliariis, ut

habetur in citâ. Bulla Pii II. nam, ex quo excommunicat delictum facientes cù fautorib. & consiliariis, ticut facientes ante factū non incidit, ita nec consilentes, aut fauientes. arg. c. accessorium. de reg. iur. lib. 6. Aut de mente disponentis non constat, & in hoc casu cōcludendum est nisi re secura in excommunicationem hos non incidere. Primo, quia si is, qui delictū commissurus est, esto committere proposuerit, ante delictum cōmissum in excommunicationem non incidit, multo minus, qui cōsiliū tantum dedit. Postremo, quia sumus in pœnis, ergo benignior interpretatio facienda est, vt scilicet in excommunicationē hos non incidere dicamus, antequam res secura sit. argum. capit. odia. & in capitul. in pœnis, cum cit. ibi a Gloss. de reg. iur. libr. 6. & l. interpretatione. ff. de pœ. atque sic conclusit Nauar. in extrauag. de datis, & promissis pro gratia, not. 26. num. 43. uersicul. Trigesimo not. ibi, Dantes. Non constare autem intelligo, ubi excommunicantur simpliciter facientes, & consilentes, & huicmodi, ut habetur in ead. extraua. nam ibi excommunicantur facientes, & deinde dantes ad id consiliū, & tamē ipsos in excommunicationem non incidere, ibi ait Nauarr. nisi re secura. In hac igitur materia sic concludendum censeo. Et de quæstione hac satis, ad alia, veniamus.

*De Bulla hac quando obliget.*

*Cap. XIII.*

*S V M M A.*

**1** *Bulla hæc quando obliget, ut eius offendens in eius censuram incidat.*

**2** *Ignorantia probabilis huius Bullæ an excusat ipsam offendentem.*

**1** **D**ecimatercia quæstio est, quando Bulla hæc obliget. In qua re breuiter dicimus quoad se vim obligandi statim habere, posteaquam promulgata est. Id quod hinc patet, quoniam, qui ipsam statim nouit, si eam offendat, in excommunicationes eius incidit, nec tempus vnum expectandum est, ex quo eius expectatio nihil operatur, certus enim certior fieri non potest. argument. leg. i. ff. de action. emptio. & vt habetur in capitul. eum qui de reg. iur. libro 6. nam et si constitutiones, ibi aliter cautum non est, post duos menses obligant, vt habetur in authent. vt factæ nouæ constitutiones, tamen scientes obligat, esto lapsi duo menses non sint, vt dixit Gl. in capitul. 2. in verb. Haec tenus, de reb. Eccl. non alien. quam sequitur ibi, & ad hoc eam semper allegari ait Phili. Franc. in verb. contractus. in fine, & Gemin. in verb. laici, & Abba. in capitul. 1. numero 11. de postulat. prælat. & Felic. in capitul. 2. numero 7. versicul. Circa secundum, ibi. Secun-

dò limita, de constitutio. ergo multo magis Bulla hæc cum nullam præscriptā diē, a lege ab homine, habeat. Quoad alios vero, vbi probabiliter ad notitiam ipsorum venit, nam ex quo præscriptum tempus non habet, arbitriatum est. argumen. leg. i. ff. de iur. deliber. & capit. de causis. de off. delegat. Quare, quod Romæ prius promulgatur, quam in aliis locis, ob eam rem citius ibi, quam alibi probabile est notam fore. Et de quæstione hac satis.

**2** Verum f' an posteaquam tantum temporis elapsum est, vt verisimile sit, ad notitiam omnium venisse, qui tamen probabilem ignorantiam habet, excusabitur, quod minus in excommunicationes Bullæ incidat? Ego censeo, hunc excusari. Primo, quia ignorantia probabilis admittitur etiā in constitutionibus, & legibus, posteaquam promulgatae sunt, vt dixit Felic. in eodem capitul. 2. numero 20. versicul. Circa quartum, & ultimum, de constitut. & Caieta. par. 2. quæst. 90. articul. 4. nam ibi ait, si Romæ noua lex promulgetur, & curia ipsa non procureret, vt promulgatio ad ecclesiæ cathedrales deueniat, nec prelati, qui ibi sunt, insinuant suis ecclesiis, accusari nec apud Deum, nec apud homines ignorati posse absentes nescios, & sequitur eū Nauarr. in consil. 1. quæst. 4. numero 18. de constit. libro 1. & numero

mero



mero 22. & probatur per capitul. n. q. mat. accu. poss. & l. f. ff. de de cr. ab ord. fact. ergo idem & hic. Postremo, quoniam auctor huius Bullæ, & si non incognitam fore Bullam hanc ijs prælumit, ad quos pertinet, ex quo valuis Ecclie. Lateran. & Basilicæ principis Apostolorum eas affigi curauit, ut habetur in 3. part. capitul. 5. non tamen prohibet, quin contra præsumptionem hanc ignorantia probari possit, & probata admitti potest, ac debet, nam præsumptio hæc hominis est, quæ probationem contrariam admittit, ut sensit Abb. in capitul. quanto numero 3. versicu. venio nunc ad secundum, ibi, et si male arbitrabitur, corrigetur factum per iudicem appell. de præsumpt. etenim & præsumptio iuris tantum, quæ itidem est illa, quæ probationem contrariam non tollit, ut inquit Abb. in eodem capitul. quanto numero 2. versicul. Circa pri-  
mum, & sequitur ibi Felin. nume-  
ro 3. versicul. Et adde probabilis ignorantia, probationem contra-  
riam admittit. Qua ratione autem probetur, declarauit Felin. in eo-  
dem capitul. quanto, de præsumpt. Quare iustici, & simplices ho-  
mines præsertim, qui in locis iis motantur, ubi Bulla hæc non pro-  
mulgatur sepius excommunica-  
tiones huius Bullæ euadent, & sic remanet dissoluta 14. qu. an assi-  
ciat ignorantibus, nam aut probabi-  
lem ignorantiam habent, & excu-

santur, aut non, & tunc secus, sed iam ad alias veniamus.

*De excommunicato per hanc Bullam ob delictum notorium, an vitandum sit, antequam denunciatur. Cap. X V.*

S. V. M. M. A.

*I Excommunicatus per hanc Bullam an notorius sit adeo, ut & non denunciatus vitari debeat, propterea quod delictum commissum notorium est,*

**D**ecimaquinta quæstio est, **t**an, si notorium sit quem delictum aliquod commisile ex iis, quæ per Bullam hanc prohibentur, notorium etiam sit ipsum excommunicatum esse, adeo ut vita re eum debeamus, esto denuncia tus non sit, cum hodie vitare excommunicatum non debeamus, nisi aut notorius, aut denuncia tus sit, ob extrauagan. ad euitanda, quam inseruimus, & declara uimus in Tractatu nostro de cen suris, capitul. 13. §. 7. Tab. 1. ut exempli gratia notorium est hereticum schismaticum ve quem esse, an igitur dicendum est & notorie ipsum esse excommunicatum, si id esset, sine dubitatione vitare eum deberemus, ob cit. extrauagan. Hanc quæstionem mouit Navar. in capitul. 22. nume. 6. de Orat. & hor. canon. sed tamen non aperte rem mihi explicasse videtur.

B 4 Ego



Ego igitur ut absolutam rei huius cognitionem habeamus, sic distinguendum censeo. Aut notorium tantum est factum, exempli gratia arma ad christiana religionis hostes, quem detulisse, sed notorium non est hunc nullam excusationem habere, quamobrem id iure fecerit, & in hoc casu hunc vitare nos non debere concludo, nam, ut quis excommunicatum vitet, non solum requiritur, ut notorium factum sit, quamobrem excommunicatione lata est, verum etiam, & hoc scilicet nullam causam ipsum habere, quamobrem se excusat, quo minus deliquerit, ut id probauimus in Tractatu nostro de Censuris in Tab. I. capitul. 13. §. 7. numero 4. Quare Iul. Cl. in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 9. versicu. Sed aduerte, inquit, ut notorium delictum sit, non sat esse ipsum delictum notorium esse, verum requiri, ut notorium etiam sit de linquentem nullam defensionem, nullamque excusationem habere, ergo idem hic.

Aut notorium est factum ipsum, notorium etiam est nullam excusationem ipsum habere, sed tamen notorium non est qui tale delictum fecit, excommunicatum esse, & in hoc etiam casu vitare hunc non debemus esto enim reliqua notoria sint, excommunicatione tamen, quæ est proxima causa, quamobrem ipsum vietemus, notoria non est, atque sic

dixit Nauar. eodem numero 6. non enim consequitur, notorium factum est, ergo & pena est notoria, ex diuersis enim illatio non fit. argument. I. Papinianus exuli. ff. de min. Quare quod multa per Bullam hanc prohibita sunt, quæ facile ignorare possumus, an secundum excommunicationem adiunctam habeant, ob eam re esto sciamus, quem talia commisissæ, non idcirco vitare ipsum cogemur, si ob id excommunicatum esse ignorabimus.

Aut notorium est delictum commissum esse, item committentem Bullam in hoc excusationem habere, postrem pro tali delicto excommunicatione quem obligari, & in hoc casu his tribus concurrentibus hunc vitabimus, esto denunciatus non sit, quamuis quod raro tria haec concurrunt, raro erit casus in quo quem vitare debeamus, pauci enim casus sunt, pro quibus ex communicationem latam notorium sit. Hinc Illustrissimus Toretus in Bulla Cœnæ Domini excommunicatione prima numero 12. inquit, quod licet excommunicentur haeretici, & aliquorum sectæ exprimantur, non tamen ob id sunt nominatim excommunicati quoisque ab ecclesia declarantur tales, & propterea non tenemur eos vitare, qnamuis maxime debemus uitare haereticos propter periculum peruersonis. In hac



hac igitur quæstione sic concludendum censeo, ad alia transfeamus.

**D**e explicatione horum verborum *Excommunicamus, & Anathematizamus, quæ habentur in singulis capitibus secundæ partis. Cap. XVI.*

S V M M A.

1 *Excommunicamus, & Anathematizamus diuersa sunt.*

2 *Excoicamus.* *Anathema* *quid significant* *quoad Bullam hanc vizimus.*

3 *Minor excommunicatio quid operatur.*

4 *Maior excommunicatio quid operatur.*

5 *Anathema significat quid detestabile.*

6 *Anathematizare significat detestari.*

**D**ecimasexta quæstio est, an ea verba, quæ in singulis capitulois secundæ partis habentur. *Excommunicamus, & Anathematizamus* idem significant, & inter se differant, duo igitur hic consideranda sunt. Primum, an diuersa sint, id est diuersa significant? Alterum, esto diuersa sint, quid singula sint, ac significent.

I Quoad primum igitur dico diuersa esse inter se, tum quod diuerso nomine nominantur, ergo non idem. argumen. l. si idem, C.

de codicilli. tum quod copula. Et quæ ponitur inter ipsa, inter diuersa poni solet, ut ait Glo. communiter recept. in Rubr. ff. de iur. & fact. ignor. Postremo probatur id in capitul. cum non ab homine. de iudic. vbi iuberetur clericum incorrigibilem prius excommunicari, deinde anathematis mucrone feriri, ergo diuersa sunt, at quæ sic sensit Nauarr. in Commentario de datis, & promissis pro iustitia, vel gratia obtinen. numero 20.

2 Quoad alterum † quid significant DD. concludunt, vt inquit Nauar. ibid. per verb. *Excommunicamus*, minorem excommunicationem ferri, per verbum *Anathematizamus*, maiorem excommunicationem promulgari, & hoc obicit. c. cum non ab homine. de iudic. Horum sententia hic nullo modo mihi quadrat, nam, ex quo eodem tempore & maior & minor excoicatio fertur, quid minor operabitur, cum per anathema & id efficiatur, quod minor excommunicatio efficit? † nam minor excommunicatio sacramentorum communione tantum priuat, † maior vero & sacramentorum, & christianorum communione, vt habetur in capitul. fin. de cler. excommunic. min. & in capitul. penult. de sentent. excommunic. Nec obicit capitul. cum non ab homine, nam ibi diuerso tempore minor excommunicatio fertur, & idcirco operatur, ibi enim



enim Romanus Pontif. docens quomodo agendum sit contra clericum incorrigibilem, iubet ut prius minori excommunicatione afficiatur, deinde nisi se correxerit, maiori, ac demum ut iudici Ecclesiastico tradatur, hic vero statim & excommunicatio, & anathema feruntur. Quid igitur concludendum?

Ego censeo per verbum excommunicamus, maiorem excommunicationem ferri, per verbum autem Anathematizamus, non censuram vilam, sed maledictionem, ac detestationem promulgari, & ob id perinde esse, ac si dictum esset excommunicamus, & Maledicimus, sive execratur, & Detestamur, &c. Primum probatur hinc, quia verbum excommunicare simpliciter prolatum maiorem excommunicationem significat, vt dicitur in capitul. penult. de sentent. excommunic. ergo hic maiorem excommunicationem significabit, ex quo simpliciter prolatum est, non autem minorum. ¶ Secundum hinc, quoniam verbum Anathema significat quid detestabile, & execrabile, ¶ & ob id verbum Anathematizare significat Detestari, & execrari, vt probatur in capit. si is qui praes. 11. question. 3. & vt nos igitur abunde in capitul. fin. §. 1. numer. 2. Tab. 2. ubique vox sit Anathema, unde dicta, & quid significet, declarauimus, & in Tab. 1. capitul. 2. §. 10. numer. 2.

miss

& Couar. in capitu. alma. pars. 1. §. 8. num. 6. uersi. Et receptum est, solemnem maledictionem, quae fit per execrationes publicas aduersus excommunicatum, quod fit, ut anathema propriè excommunicationem maiorem præmitat. Ecce hic vir doctissimus sentit aperte id, quod diximus, verbum Anathematizare, execrationem, ac detestationem significare. Immo addit post excommunicationem sequi, quod perpetuo in hac Bulla servatum est. Verba igitur hæc sic interpretabimur, excommunicamus scilicet maiori excommunicatione, & Anathematizamus, id est Execramur, seu detestamur, maledicimusve. Quæ interpretatio hinc etiam plurimum comprobatur, quod grauitati delictorum, de quibus per Bullam agitur, optimè respondet, vt scilicet, qui delicia hæc commisserint, non solum extra Ecclesiam ejciantur, quod fit excommunicatione maiori, verumetiam & maledicti sint, quod non semper contingit excommunicatione. argumen. capitul. a nobis. 2. de sentent. excommunicat. cum simil. ita igitur in hac re sentit, & sententiam hanc verissimam concludo. Sed de quæstione hac satis, ad postremam veniamus.

De

**De Auctore huius Bullæ.**  
**Cap. XVII.**

## S U M M A.

- I** Auctor huius Bullæ Clemens octauus  
fuit.

**P**ostrema quæstio est: *Bullæ huius auctor quisnam sit, qui planè Clemens Octauus Pontif. Max. est, vir cum omni liberali doctrina præditus, & Iurisconsultus celeberimus, tum sanctitate,*

religioneque præclarus, atq; his  
miserrimis temporibus in Eccle-  
sia Christi Domini gubernanda,  
eiusdemque grege custodiendo,  
Summus pastor vigilansissimus:  
de cuius laudibus latius est, vt il-  
le alter de Africa dicebat, filere  
quam pauca dicere, quam obrem  
ad secundam partem huius Bulle  
veniamus, hec enim præmissimus,  
quo dubitationes quasdam com-  
munes, quæ contingere possent,  
tolleremus.

et sacerdotum negotiorum & rebus Apostolicis regen-  
tibus Ecclesiasticis, ac de reipublice negotiis  
decreta juxta doctripiet illorum regulas & concordem  
gauge ac certam etiacionem, respectuores, rationes, &  
admodum honeste congerunt, & cunctum de fere  
et aplice, & omnibus, & negotiis illis Histicos,  
et socios Appellare, & ministrare Timoris. Ita & quicunque  
Archidiocesis, Episcopatus, & Ministris Chilensis V-  
eritate & honestate, & diligentia, & diligenter  
negotiorum Appellat, & Timet. Et sacerdotum  
et socios Appellat, & Timet. Hic & quicunque  
Parochi, & locis diplomaticis Histicis  
duo Personas Apostolorum Terrae, &  
jul, & Spurius Sagittarii, negotiis duo  
ex parte Dei omnipotentes Parce, & F-  
rumentum communium, & suscipientiam  
et sacerdotum negotiis, & rebus Apostolicis regen-